mortificat, et annihilat. Recognoscens sibi ab eodem parente suo summam praefati Trecentorum florenorum polonicorum ad sortem portionemque suam spectantis plenariam praestitam esse persolutionem.

Krainski ab una, et Ratynskie Coniuges ab altera parte mutuo sese Quietant.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosi Stanislaus Casimirus de Krainka Krainski ab una, et Michael Casimirus Ratynski, Regens Cancellariae praesentis Castrensis Capitanealis Premysliensis et Helena Bartoszewska Coniuges legitimi, parte ab altera: Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit, Quia ipsi et quidem suprascripta Generosa Ratynska Consors cum mariti sui uti tutoris coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infra scripta recognoscenda consensu se sese mutuo et invicem, una pars alteram, cum posteris utriusque partis: de Causis et Actionibus quibusvis ad quodvis Iudicium seu Officium Regni per partem quamcunque parti intentatis, seu intentandis: tum de quibusvis 809

2148 x

protestationibus, manifestationibus, occasione quarum
cunq rerum, Iurium, Iurisq prætextuum, damnorum atq
iniuriarum per quamcunq partem parti illatorum coram
quibuscunq Actis Authenticis Regni factis et faciendis;
Nec non de quibquis Iuris prætensionibus per suprascri
ptos Gnosos Ratynskie Coniuges, ad præfatum Gnosum
Krainski, et ab utring, tam respectu dotis, et expe
ditionis nuptialis, quam et respectu cuiusuis suc
cessionis, post olim Gnosam Constantiam Krain
ska suprascripti Gnoti Krainski, unius Recogno
scentium Consortem, legitimam, memoratæ vero
Gnosæ Ratynska Matrem, eandemq Gnosam Ra
tynska quocunq Iuris titulo et prætextu concer
nens, habitis l obpræstitam sibi Recognoscenti
bus, per partem parti, mutuam et plenariam
satisfactionem, quietant, emittunt, dimittunt,
= liberosq et absolutos = perpetuo pronunciant.
Causas easdem et Actiones, tum protestationes
et manifestationes quasuis, per suprascriptos
Gnosos Ratynskie Coniuges, occasione me
moratæ dotis, et successionis: tum et — per
memoratum Gnosum Krainski, occasione qua
rumcunq prætensionum, et iniuriarum, itidem
Gnosos Ratynskie Coniuges, coram quibusuis
subsellys Regni, factas et ad diem hodier
nam facienda, cassant, mortificant, et anni
hilant præsentibus. sibi Recognoscentibus, suisq
posteris et memoratæ Consorti suæ, ratio
ne præmissorum omnium, perpetuum impo
nendo sillentium.

Lorski

Ad ... ... Zarzycki ...